



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Restit. V. cui sit restituendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

RESTITUTIO. V.

Cui sit restituendum.

Res aliena regulariter est restituenda. Dominus absolufo, vel disp̄satori. Item creditori pignus, & depositario, sartori, fulloni, commodatario (qui etiam appellatio- ne Domini intelliguntur) est restituenda res eorum custodiæ commissa, non eius Domini. In foro tamen conscientiæ potest re- stitui veris Dominis, cum cautione ne cu- stodes patientur aliquod damnum. num. 28. Quod si suspicio adsit quod custos non reddet Domino, restituenda erit Domino. ibidem.

Res Ecclesiæ ablata reddenda est eius prælato, quamvis sit dissipator, dummodo non sit suspensus, nec habeat coadiutorem: satius tamen restitueretur ipsi Ecclesiæ. nu- mer. 29.

Aliquando res non est restituenda Domi- no. I. Quando Dominus est furiosus, pro- digus, vel sub tutorē aut curatore. II. Quādo ignoratur Dominus rei. III. Quando Dominus ita distat, ut ad eum mitti non possit. IV. Quando res furtiva accepta à fure, furi restituenda est, nisi cessantibus aliis incommodis restituatur Domino: & suffi-

686 R E S T I T V T I O . V.

sufficit restituere illi , cui fur mandauit .^{cyp}
17.num.29.§.1. usque ad §.

Damnum datum alicui inuito, ut perfur-
tum, rapinam, vim, aut metum saltē reue-
rentiale, vel acceptum, ne faceret aliquod
damnum contra Iustitiam , restitui debe-
damnificato . num.30.§.1.

Acceptum ad patrādūm aliquod malū,
si malum non sequatur , restituendum et
danti . num.3.§.4.

Qui accipit aliquid, ut fungatur bene suo
officio, tenetur restituere danti . nu.31. post
§.5. & idem de illo qui accipit iniuste &
turpiter à iustē dante (sicut ministri iustitie)
num.33.

Qui accipit aliquid ad faciendum, quod
ex iustitia tenetur , quid faciet, vide Re-
stit. II.

Qui bona fide emit rem à non Dōmino,
tenetur postquam resciuerit , reddere vero
Dōmino , etiam non recuperato pretio.
num.8. Si verò compareat vendor, sufficit
illi reddere, & recuperare premium . num.9.

De Prälato conferente beneficium indi-
gno, vide Restitutio. II.

Pauper fictus accipiens eleemosynam, te-
netur eam reddere non danti , sed paupen-
bus . num.107.

R E S T I T V T I O VI. Ubi sit facienda.
Resti

